

1891

C O D I C E S

1892

aut prioris apud eum Epistolae subscriptio in mendo cubet, aut tituli Epistolis perperam sint adfixi; quomodo enim id *prosequendum* dicas, quod *peractum* dixisti? Quarta demum inscribitur: *De ressecandis Haereticorum reliquiis in Styria, Carinthia et Carniola*: Auspicatur ea: *Quod faelix faustumque sit Serenitati Vestrae ejusque in ævum semini &c.* et subscribitur: *Lavanti in profesto Divi Michaelis Archangeli Anno 1615*. Ita et apud *Hansiz*. p. 744.

CCCCLXXXII.

731 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVII. Folior. 158. 4. complectitur Excerpta e Scriptoribus Polemicis Catholicis *Jod. Keddio* S. J. *Job. Zeschlino*, *Andrea Frommio*, *Jac. Kellero* S. J. et aliis congesta a *Mart. Nesselio Moravo Weiskirchen*si *Danielis* Bibliothecae Nostrae quondam Praefecti Patre, dum Scholae *Bremensis* Rectorem ageret. Itaque ad calcem adscriptum: 1662. *Bremæ*. Huc pertinent, quae Epistolae suae ad *Petr. Lambecium* editae a *Kollario* in *Supplem. L. I. Commentar. Lambec.* col. 829. intexuit *Martinus*: *Hic (Bremæ) singulari Dei beneficio et inspiratione, in veritatem Lutheri: Religionis facta inquisitione, et lectis studiose Pontificiorum Doctorum libris, deprehendi eam falsam; contra Catholicam veram et orthodoxam esse. Itaque abdicavi me sponte officio, et fini-*

to examine verno XXV. Aprilis Anno MDCLXVI. — Brunam Moraviae usque veni &c. Non igitur a. 1667. ut habet *Joeheri* Lexicon, quod et clam profugisse *Martinum* adserit, et e citata *Epistola* non parum emendari subplerique potest. Idem dic de supra memorato *Job. Zeschlino*, quem neque *Wilb. Wolfgangi Palatini Neoburg.* Cancellarium fuisse, neque suum ad Catholicos transitum *Apologia* edita defendisse, aut apud *Joeherrum*, aut in *Lexico Univ.* reperies.

CCCCLXXXIII.

Codex chartaceus germ. lat. 888
gall. Sec. XVI. f. compilatus est e variis Scriptis, quibus diversa Religionis Catholicae Capita impugnantur. Atque hic illorum Elenchus est: I. Consideratio de Doctrina, Ceremoniis et Adia-phoris germanica, inscripta: *Bedenckben von der Ler, von nottigen Euserlichen stuckben vnnnd Euserlichen Mittlen Dingen*, et incipiens: *Es ist nicht an (ohne), Trennung Zweispalt vnnnd Schismata haben ein scheuzlichs ansehen &c.* Subscripsere *Lutherus*, *Bugenhagen*, *Jonas*, *Cruciger*, *Melanchthon*, *Amsdorfius* alique 8. Notae temporis nullae. Foll. 16.

II. Epistola germ. *Lutheri* ad Matronam de Praedestinatione sollicitam. Initium: *Gnad vnnnd friedt in Christo. Tugendsame frau. Es bat mir euer lieben Briefe der*

1893

P O L E M I C I.

1894

der Hieronimus Weller anzeigt, wie Ir hoch bekumert sei et &c. Soror fuit dicti *Welleri*. Epistola data a. 1532. et in Opp. *Lutheri* vulgata. *Foll. 2.*

III. *Quomodo Concionator Nouitius Concionem informare debeat a D. Hieronymo Vueller Anno 1539.* Initium: *Concionator primo diuidat, deinde definiat, postremo argumentetur. &c.* Extat in Opp. ejus *Lipsiae* 1702. editis f. *Foll. 10.*

IV. *Scena Satirica inter Pasquillum (Pasquinum) Rom. Pon-*

*Id sibi negotij credidit solum dari
Populo ut placerent quas fecisset fabulas.*

Pontifex Rom. de dogmatib. Lutheranis:

*Nunc illud est quod si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem querant, auxilij nihil adferant.
Hocine Seculum! o scelera, o genera sacrilega. &c.*

Inter alia Episcopus Leodiensis:

Fidelis dum sum, scapulas perdidit.

Et Cancellaria Regis Romanorum:

Plena rimarum sum, hac atque illac persuo.

Perorat Pasquillus ad Lectorem:

*Intus transigetur, si quid est, quod restat.
Valet et plaudite.*

In *Pasquillorum Tomis II. Eleutheropoli (Basileae)* 1544. 8. quorum, ut obiter dicam, Palatina nostra 5. Exemplaria, et inter ea unicam illam, si Superis

Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

tificem, Lutheranos, Cardinales Rom. Episcopos, Carolum V. Imp. Regem Angliae, Papistas, Regem Rom. Germaniam, Hungaros, Maximilianum Regem Boh. Ferdinandum Archid. Austr. Reginam Angliae, Regem Galliae, Comestabilem, et alios ejus temporis Principes, Virosque celebres e Versibus Terentii false, infulseque contexta. Incipit Pasquillus ad Pontificem Romanum:

placet, *Dan. Heinsii Phoenicem* possidet, non repertum. *Foll. 6.*

V. Excerpta de Potestate Imperatorum in Papas, de vitiis Papparum, Simonia Cleri, et Promotionibus

X x

motionibus

1897

P O L E M I C I.

1898

en ipsissimam Epistolam latine versam inter Calvinianas edit. Genev. 1576. p. 65. f. ubi Protectori Angliae inscripta data dicitur anno MDXLVI. pro quo fortasse reponendum XLVII. cum hoc primum anno mense Jan. Henricus VIII. obierit. Foll. 6.

VII. Consultatio de Conjugio Sacerdotum. Initium: *Questio de coniugio sacerdotum tribus partibus constat. Prima est de maritis ad sacrum ministerium eligendis: ita ut etiam suscepto ordine in coniugali officio maneant. Altera de coniugio permittendo iis, qui cælibes ordinati sunt. Tertia de iis, qui recepto iam per occiduas ecclesias more, uoto tacito uel expresso, priusquam initiarentur, ad continentiam se obstrinxerunt. &c. Expensis in utramque partem, non sine conspicua ecclesiasticae Antiquitatis notitia et Scriptorum usu, momentis concludit sub finem Noster: Quare ut in permittendo sacerdotibus coniugio aliquid incommodi sit, tamen comparatione maioris mali et periculi, quod manifesto ex negato coniugio existere videmus, boni rationem induit. Argumenta ejus multoties hodie repeti videas ab iis, qui omni ope Clerum uxoribus beare nituntur. Citantur Erasmus, Card. Campegius, et Pigbius, unde Autorem suspicor Ge. Casandrum, qui his omnibus superfluit, vel Ge. Wicelium. Foll. 16.*

VIII. Martini Buceri Responsum datum quibusdam interrogantibus de communicatione (com-

mutatione?) *vulgarium caeremoniarum. Argentorati. 14. Junij. Anno 1544. Initium: Gratiam et pacem a domino nostro Jesu Christo, fratres obseruandi et dulcissimi. Literas Vestras pietate in dominum et benevolentia erga nos plenas exhibuerunt nobis fratres optatissimi N. et N. De illorum Quaestione ita: Haud scio an ulla alia sit, de qua respondeam magis grauatim, adeo inexplicabilis est et conscientiarum in fratribus et corruptelarum in caeremonijs illis varietas. Addere poterat et animum suum inconstantem. Itaque in generali quadam cohortatione sistit. Foll. 3.*

IX. Ratio doctrinae in ecclesia Embdensi de re Sacramentaria Nordæ pro concione exposita, et quid controversia rei Sacramentariae inter doctos in se contineat. *Johannis a Lasco. De vagabundo hoc Zwinglii partibus adducto Polono relata sunt quaedam Cod. DXCVI. et alibi. Scriptum praefens memoratur in Lex. Univ. vernac. T. XVI. ubi etiam fontes ad Autoris vitam profant. Incipit: Cum non ita pridem ministerium meum, quod ad curam ecclesiarum attinet, deposuissem, causasque consilij huius mei Principi nostræ (Annae Oldenburg.) et omnibus consiliarijs exposuissem &c. Causas has refert in intractabilia ministrorum multorum ingenia, qui et doctrinis perturbarent ecclesias, et uita insolentia ministerium suum, adeoque Evangelij causam infamarent, quorum alii Lutherum*

1899

C O D I C E S

1900

veluti Capernaitam, alij rursus Oecolampadium, Zuinglium, Vadianum tanquam sacramentorum contemptores, alij praeterea et Bucerum tanquam parum fidelem in sua causa doctorem impudentibus conuitijs incessant. Quemnam igitur hi Viri sequebantur? Scripta haec videntur circa an. 1550. Foll. 10.

X. Diuino Viro D. Joanni a Lasco curatori Ecclesiarum Frisiae Orientalis domino et symmistae suo colendis. Ita in calce Epistolae Mart. Bucerii datae Argentinæ XVI. Aprilis 1545. quae incipit: Gratiam et pacem Vir sanctissime. Quas apud optimum virum dominum Albertum nostrum reliquisti, eas literas hodie primum recepi, et ad rescribendum omnino impeditus. Mallem multo colloqui &c. Rescribit tamen, et Christi praesentiam in Eucharistia adstruit. Inter alia: *Luthero satisfacit, si tantum non inania signa Christi absentis in cena statuamus.* — *Moliri concordiam cepimus — tandemque dante domino conuenit, fatendum esse, duas res in Eucharistia exhiberi, terrenam panem et vinum, caelestem corpus et sanguinem domini, dominum ipsum.* Hanc concordiam subscripserunt ecclesiae superioris Germaniae omnes solis Heluetis exceptis, inter quos tamen maior pars nobis consensit. Tigurini tantum cum paucis suum quiddam retinuerunt, et utinam tam ob Christi nomen, quam suum et Zuinglij, qui cum Lutherus nullum finem faceret nomen Zuinglij in-

sectandi, indies a concordia facti sunt alieniores, multisque scriptis tum publicis, tum priuatis Lutherum inuicem lacefferunt &c. Et sub finem: *Cruciat me merito nos, quibus dominus caetera regni sui mysteria tam benigne reuelauit, non potuisse iam intra totos XXI. annos conuenire de hoc sacratissimo et omnino populari mysterio &c.* Foll. 6.

XI. Epistola Bugenbagii, Majoris, Crucigeri et Melancthonis ad Argentoratenses, ut Cod. CCCCLXXXV. Alia item Ziegleri, Pseffingeri et Alesii ad Eosdem, ut eod. Cod. Foll. 4.

XII. Illustris. Hessiorum principi. Epistolae initium: *Saepe dum mecum reputo veteres ecclesiae ritus ac disciplinas, praesens tumultus mihi in Germania propemodum periculosior videtur, quam fuerunt illi alij motus &c.* Mitia consilia de cautione in ritibus mutandis et abstinendo ab armis Melancthonem loquuntur. Itaque etiam Librarius ad calcem adscripsit: *Credo esse Philippi, quemadmodum et dictio ostendit, sed vetus scriptum est.* Non tamen vetustius anno 1526. ut censet Ill. Seckendorfius, qui partem hujus Epistolae adfert L. II. Sect. 8. §. 14. Integra extat L. III. n. 16. *Melancthonianarum*, estque ad Landgrav. *Philippum.* Foll. 2.

XIII. Judicium in causa Cereemoniarum retinendarum aut abolendarum cum certis cautionibus in leniorem partem inclinans. Ad calcem additur: *Philippi.* Quare

1901

P O L E M I C I.

1902

re *Melanchthon* illud aut literis mox relatis adjecerit, aut occasione cujusdam Conventus protulerit. Incipit: *In tanta ecclesiarum mestitia et dissipatione* (fortasse post publicatum *Interim*) *optarim quam minimum fieri mutationum &c.* Ratio petitur a dolore bonarum mentium et triumpho inimicorum. Nescio, an ullibi evulgatum. Narrat: *in loco vicino Basileæ igni crematum esse quendam propter esum carniū.* Foll. 3.

XIV. *Excerpta ex annotationibus ad Postillam J. H.* Cum Dominicanarum Tituli et Evangeliorum Initia lingua bohemica praescripta sint, non cunctor haec ad *Joh. Hussum* referre, cujus *Postilla* bohemica typis prodita fuere *Norimbergae* 1563. f. *Annotationes* nostrae latinae incipiunt a *Dom. I. Adventus*, de quadruplici Salvatoris Adventu, et abrumpuntur in *Dom. Sexagesimae.* Foll. 12.

XV. *Nicolai Habn* (hunc produnt initiales literae N. H.) sive *Galli*, de quo, ut *Index* docet, saepius dictum est, Epistola germanica ad *Joh. Hiltner* Caussidicum *Ratisbon.* cujus dubia de veritate Verbi Dei, et Scripturarum intellectu solvere, eumque solari nititur. Initium est: *Das ewige wort Gottes vnsers himlischen vatters, welches zu diser Zeyt ist Mensch worden &c.* Additur eadem lingua *Conspectus Sermonis* habiti in Natali Domini 1549. quem una cum *Epistola* ad *Hiltnerum* missum putem,

subjectis calci iisdem literis N. H. Foll. 8.

XVI. *Mart. Bucer* Notata in *Agenda Eccl. Argentorat.* hoc titulo: *Verzeichnis des, so aus M. R. berren Kirchenordnung zu beforderung christlicher gemeinschaft zu vermercken ist, aufs beuehl vnser gepietenden berren vnd Kirchenpfleger zu S. Thoman verzeichnet.* Initium: *Erstlich ist zu mercken in der gedruckten ordnung, das von abnfang derselbigen gesetzt ist, das den pfarbern vnd helfern, mit den kirchenpflegern gepüret vnd zustebet &c.* Depromuntur et illustrantur ex *Agendis* ea, quae maxime ad Ministrorum Ecclesiae officium pertinent, et additur brevis Institutio de mediis Concordiae et Disciplinae christianae promovendae inscripta: *Kurtzer vnderricht vnd grunde christliche gemeinschaft vnd Zucht abnzurichten vnd zu halten, quae ita orditur: Vnser einiger ewiger meister vnd beiland Jesus Christus, des alle wort aller seiner lehr vnd gebothen, wort seind des ewigen lebens &c.* Nescio, an impressa. Foll. 22.

XVII. *Coppie de la lettre que M^e Pierre Brully serviteur de Dieu et ministre de sa parolle en son eglise francoyse estant a Strasbourg enuoya a ceulx de tourney Valenciennes et aultres du pays bas ausquelz Il auoit anoncé leuangille, lors quil estoit prisonnier.* Coppie ce VII^e Jour d'april 1545. Crematus est hic *Joh. Calvini* in curando *Argentinae*

X x 3

Pere-

1903

C O D I C E S

1904

Peregrinorum coetu successor, qualem facit *Sleidanus* L. XII. propter violata *Caroli V.* Edicta, et opiniones suas clam per *Belgium* disseminatas, *Tornaci* 19. Febr. anno praedicto, ut fuisse narrat idem *Sleidanus* L. XVI. ubi et *Literarum nostrarum* meminit. Ineunt illae: *A tous fideles qui souffrent persecution pour auoir ouy la predication de leuangle &c. Mes freres, Je rends tousjours graces a dieu, en mes prieres, de ce quil luy a pleu, nous demonstret que nous estions des siens, en nous faisant participer tous et sentir la discipline &c. Foll. 4.*

XVIII. *Dialogus Philalethis et Genij persona et voce Ecbus assumpta de rebus non vulgaribus breuiter et apte respondentis.* Lusus cujusdam Protestantis, qui inchoat: *Miseram sortem bonorum et piorum uirorum, qui cum neminem ledant, ab omnibus infestantur, cumque nulli molesti sint, omnium injuriae patent.* Ad istud *Philalethis* suspirium reddit *Genius* five *Echo*: *Patent.* Inter alia quaerit *Philalethes*: *Sed quid tu moliri putas Theologos Louanienses?* *Echo*: *Enses.* — *Quale tandem tibi uidetur Symbolum illud, quod triginta duobus articulis comprehensum nuper iidem concinnauerunt Theologi?* — *Logi.* — *Quid igitur consecutum dicis coloniensem Archiepiscopum?* — *Scopum.* — *Quid in Illustrissimo nostro Imperatore requiritur, ut foeliciter eius auspitijs haec comitia succedant Wormatiensia?*

— *Scientia.* &c. De Comitibus anni 1545. sermonem esse, et quae de XXXII. *Louaniensium* Articulis sub exitum anni 1544. publicatis, et quae de *Hermano Coloniensi* ad *Lutherum* verso dicuntur, evincunt. Adde, quod insuper Concilii *Tridentum* indiciti fiat mentio. *Foll. 6.*

XIX. Excerpta latina e *Dialogo*, ut praescribitur, *Italico*, in quo *Interlocutores Dominicanus et Zoccolante*, qui scriptus est occasione cujusdam *Schedae Paduae* affixae per scholarem, qua tempore *Jubilei* promittebat *Indulgentiam plenariam poenae et culpae conuersis et agentibus poenitentiam et credentibus remissionem peccatorum per Domini mortem, et proximo errata condonantibus, etsi non egrederentur edes, aut soluerent quidquam pecuniarum, Summo pontifice etiam vel inuito.* Ad *Interlocutores* in uno margine additur: *Interuenit Studiosus et eius famulus Marcus.* In altero: *Hij dialogi nondum impressi sunt. Autorem ignoro, pie tamen scripti.* Interea bonus Excerptor paene nihil nisi PP. Sententias quasdam Protestantium Doctrinae in speciem faventes, et Pontificum vituperia ex iis depromsit. In *Giornate*, ut vocant *Itali*, divisos fuisse ex aliis orae summae inscriptionibus deprehendas. Autorem pariter ignoro, nisi quis *P. P. Vergerium* subodoretur. De Tempore ex eo quis statuat, quod dicatur *Cajetanus* Cardinalis factus sententiam suam de *Indulgentiis* retractasse. *Foll.*

4.

1905

P O L E M I C I.

1906

4. Exemplar ipsum *Italicum* habes Cod. DXII.

XX. *Questio de Agone Christi.* Initium: *Video hunc morem a maioribus institutum et receptum esse in scholis, ut tali tempore atque ex hoc loco quaestio aliqua proponatur. In Scholis, ni fallor, Witebergensibus agimus. Quaestio porro est: Vtrum ille sudor (fangvineus Christi) secundum naturam fuerit, an non? cuius expositioni Disputator subicit: Sed cum hac quaestio difficilior sit — defero eam vberius tractandam Clariss. et doctiss. viro D. Caspary Crucigero &c. Paucis iste. Causam agonis Christi esse iram dei aduersus mea et tua et omnium hominum peccata. Hanc scit in se tanquam uictimam effundi. De quaestione id unum: Moueor uocabulo ὀσφύδος (Luc. 22. 44.) ut existimem hanc sudorum resolutionem fuisse totius corporis languefacti, et iam bian-tis et dissipantis sanguinem et omnes uires. Foll. 4.*

XXI. *Relatio germ. de Modo Caenam Domini agendi apud Ratisbonenses, seu, Warhafftiger Bericht eines Erbaren Rats der Stat Regenspurg, warum vnd aus was Ursachen des herrn Abentmal, nach der Einsatzung Christi bey Ihnen fürgenommen vnd aufgericht, auch mit was für weyse vnd ordnung daselbige gehalten wirdet. Anni 1542. cuius autumno Job. Forsterus Norimberga accitus Sacra Lutherana Ratisbonae induxit. Titulo alia*

manus adscripsit: *Credo impressum. Recte. Foll. 8.*

XXII. *De baptismo ac regeneratione. Descriptum e Centuria Magdeb. II. c. 4. Sentiant regenerationem fieri per baptismum et verbum &c. Foll. 1.*

XXIII. *Historia vera de pena perfidiae quam recitauit Philippus in leſione. Nota illa de Hospite Militi depositam pecuniam negante, et a Diabolo, qui Militi Advocatum egit, per Curiae fenestram rapto in quodam Marchiae Brandeb. Oppido. Additur in fine: Marchio Princeps narrat ad se ab eius oppidi senatu historiam in hanc sententiam perscriptam esse. Nihilo tamen minus mirum a Melanchthone recoſtam. Foll. 2.*

XXIV. *Contra Papisticas Leges Sacerdotibus probibentes matrimonium Apologia Pastoris Cembergensis, qui nuper suae ecclesiae consensu uxorem duxit. Erat is Barth. Bernhardi Veldkirchensis, quem Seckendorfius L. I. Seſ. 45. §. 104. perperam Bavarum facit, Kembergae non procul Viteberga Parochus, primusque, qui Sacerdotibus ad Lutherum versis facem nuptialem praetulit; unde Halas ab Officialibus Card. Alberti Archiep. Magdeb. in jus vocatus Apologiam hanc sui loco submisit, non ab semet, sed, ut a Seckendorf. mox cit. disco, a Melanchthone scriptam, ut et stilius suadet. Edita est Opp. Lutheri Jen. T. II. f. 462. Constat Prooemio, quod inſit: V. H.*

1907

C O D I C E S

1908

H. (Ulrich Huttenus?) *Lectori Ecclesiae Kembergen. Episcopum seu Pastorem agit Barpt. Bernhardsi &c. et ipso corpore, cuius initium: Eximij Domini Doctores, quia ad vos vocatus sum ad reddendam facti mei rationem &c. Adhaeret: Alia Defensio ad Fredericum Ducem Saxoniae, cuius patrocinium quaerit Neoyamos: Quod illustris. et reuerendis. dominus Cardinalis negat meam Apologiam esse sufficientem &c. Wittembergae in Saxonibus. Anno MDXXI. Foll. 6.*

XXV. Crisis germanica in Decretum Interim 1548. publicatum, quae incipit: *In dem Erstenn fürtrag vnd hernach Inn dem Rattschlag etlichmal werdenn die Stennd, so das beillig Euangelium angenommen, vnd Ire kirchen nach demselbigenn Reformiert haben, mit dem Verdacht vnd Vfflag beschreyen, alls ob sie vonn der allgemein rechten Cristenlichenn Kirchenn abgewichen seien &c. Subscripti: Joan. Thomannus Pfarber, Joan. Prentz prediger zu Hall. Halam Suevorum intellige; ibi enim docuit famosus Brentius. Scriptum jam indicatum alibi. Foll. 8.*

CCCCLXXXIV.

894 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 15. f. est Formula Religionis post editum Interim confecta a Philippo praecipue Melanchthone, cuius nomen in calce adscriptum est, Juterboci, ut videtur, in Conventu

Theologorum Mauritii Saxonis, et Joachimi Brandenburgici a. 1548. 7. Decembr. Dicitur enim ad Articulum de Iustificatione: de eo jam Pegaviae convenisse. *Ist zu pegaw verglichen.* Atqui Pegaviae fuit eo anno conventus 23. Augusti. Hoc porro Scripto Autoribus nomen mollium Confessionistarum obtigisse, doctrinamque Lutheri Scriptis et Augustanae Confessioni contrariam a Melanchthone inductam fuisse ait Nic. Helvicus in *Theat. Hist. II. p. 52.* Initium est: *Vnser bedencken stehet dairauff, das man der Roms. Kais. Majest. vnsern aller gnedichsten herrn gehorsam laisten vnd menniglich vnser aller gemute zu Ruhe &c. Dixi Juterboci; video enim apud Sleidanum L. 21. ad hunc Conventum venisse missum a Brandenburgico Job. Islebium, Scriptumque nostrum plurimum consentire cum eo, quod Hortlederus L. III. c. 86. pro Juterbocensi edidit, cuique autorem adsignavit Flacium Illyricum. Interim etiam ad Conventum Celsensem aut Lipsiensem pertinere possit Nostrum, qua de re optime statuet is, cui ad manum fuerint Acta Synodica Wittebergae 1559. excusa. Ad calcem nobis adjungitur Iudicium Ordinis Equestris de hac Formula: *Der von der Ritterschafft bedencken auff der teologen raittstag cum Pastorum et Theologorum Responso, quod apud Hortlederum non comparat.**

CCCCLXXXV.